


RMK II. 1285



RMK II. 73
1285

TABELLA AXIOMATUM

cum eorundem

INTERPRETATIONE

PRÆMISSA AGGRATULATIONE

cum tribus

CHRONOGRAPHICIS

PRO NOVI ANNI M. DC. LXXI. XENIO

Spectabili ac Magifico Domino Domino

STEPHANO ZICHI

de Ziczufá'u &c.

Inclytæ Camerae Ungaricæ Posoniensis

PRÆFACTO.

Illustribus ac Geuerosis Dominis, Dominis

MATTHIÆ SENKVICHI,

MICHAELI PARTINGER,

GEORGIO HORVATTH,

GEORGIO GILANI

Ejusdem Camerae Inclytæ præfatæ

CONSILIARIIS.

ITEM

DN. FRANCISCO BORNAMISSA, Perceptor.

DN. THOMÆ ANGRANI, Rationum Magistro.

DN. MARTINO GERGEL, Secretario &c.

VERBO

TOTI Reg. Incl. CAMERÆ Poson.

A

STEPHANO JAROS affixa

Præsensur

Mense Januario, Anno M. DC. LXXI.

*Domini sunt Somini
... tenui pendente filo*

63



Dedicatio.



liceat hodiernâ die meæ Musæ è cunis recenter evolutæ tuâ beneficentissima suo cum levissimo XENIO subire Penetralia Spectabilis ac Magnifice Domine Domine &c. nec non Venerandissime Regiæ Inclytæ Cameræ Ungariæ Præses; Vestraque cæterorum ejusdem Cameræ prænominatæ Viri consultissimi ac beneficentissimi; quæ cunctorum humillimè prostrata munificentissimis pedibus, animitùs DEUM precatur Immortalem, supplex à D. D. VV. aucupans novo cum Anno in Vestri omnium & Emolumentum & oblectamentum crescendi facultatem. Hæc ergo suo ipsius Urbanitatis jure persuasa, atque in vos reverenti affectu compulsâ, audet hocce suo exiguo Sacræ Poëseos opusculo, tamquàm pergrato novi anni Munusculo munificentissimis gratificari Fautoribus, universisque faustissimum recentis anni Auspiciûm gratulabunda augurari. Atque imprimis ad Tuæ Munificentæ benignissimos projecta pedes Magnifice Domine STEPHANE ZICHY, licet admodum invisa, vel potius inverecunda, TIBI, inquam primum affigit Axioma, non secus, ac Primario, summèque venerando ejusdem inclytæ Cameræ Vertici cum suo Chronographico, ac reliquis eidem annexis: Secundum, & reliqua

consequenter Axiomata, singulis unum juxta cujuslibet
fortem, & Ordinem officii ejusdem Incl. Cam. solidissimis
in dandis consiliis, in ejusque incolumitate & conservanda &
tuenda fulcimentis cordicibus voveo & dedico. Eapropter
Vobis oblatum hoc exile meæ Musæ XENIUM, quod intitu-
latur *Tabella Axiomatum*, à DD. VV. pergratâ mente acce-
ptum iri cupio; sique quid gratiæ in se continere vobis pro-
babitur; sine ulla offensa, absque perturbatione animi silen-
tibus interdum, vel absentibus curis atque negotiationibus
velim crebrius non parva cum ejusdem commendatione re-
volvendum. Vivite DEO, Regi, Patriæ, Mihi quoque in
Pithonia Sæcula semper felicissimi.

Ita apprecatur.

DD. VV.

Humillimus Cliens
STEPHANUS JAROS.

Aggratulatio. &c.

*S*igna pererrando duodena volubilis anni
Titan, solvit equos freno, tandemq; vetustum
Elapsi liquit currum, nova signa vicissim
Purpureis vecturus equis super astra Tonantis.
Hoc cum defuncto pereant exosa, molesta
Agmina curarum, morborum tamque laborum.
Non vos perturbent flatus Aquilonis atroces,
Ullaque Tempestas belli, Pestisque flagellum
Sit procul à vobis; Pax & Concordia regnet
In terris; gracilis vestrà Zephyritidis æde
Aura perennet; tumque salubris ser-viat aër:
Rarò, vel nunquam gravibus succumbite morbis:
Otia, temperies, Charites famulentur & ipsæ
Sedibus Ungariæ Sacris, & vestra salute
Tempora perpetuâ cingantur, bursa quoque auro
Omnibus exultet, placidis arcæque Thesauris:
Tot repleta bonis sint vobis vasa falernis,
Ipsi sint tot agro spicæ, stellas quot olympus
Continet, immensumque salum quot gaudet arenis;
Acqui, Codrus erat quondam, nunc sit volo Cræsus.
Magna cui deerat ditescere copia nummi,
Ejus, (si quod habet) ferrum vertatur in aurum;
Regno Pannonico febris, Podagra exulet; aut qui
Æger erat membro, sit toto corpore sospes
Opto; Patri augendo pro stemmate Natus egenti
Fiat, & à Superis donetur Filia Matri;
Fratrì chara soror nascatur; fidus Achates
Eurialo detur; Fortuna secunda sit omni.
Regna regant ut bellè, consiliumque frequenter
Tractent de Patria, Natis Arisque tuendis.

A 3

Nec

*Nec trahat indomitos Phaëton Titanis equellos;
 Orbem, præcipitatus humi, ne rursus adurat:
 Ut vel bellorum gliscant incendia Regno,
 Vel ve fames cruciet stomachum, aut contagia serpent
 Membra per humanæ stirpis, seu corpora fædent.
 Atque retro diræ Parcæ sua fila revolvant,
 Ne Cameræ Mors præceps falce recidat olentem
 Nardum, Narcissumque rosas & lilia toti
 Utilia Ungariæ, Regi, Populoq; DEOq;
 Moreque Christiadum fero cunctis omina fausta.*

Ad Lectorem.

*Siste parum Lector, specta quid litera prima
 Nostri demonstret Carminis? omen habet.*



Tabelia

TABELLA AXIOMATUM, CHRONOGRAPHICORUM &c.

73

Præfatiuncula.

*Tu caput summum venerande Præses
 Inclytæ Regis Cameræ Hungarorum,
 Tu probi Regni Columnen, Coronæ
 Provide Custos.*

*Sis tuæ Musæ famulæ propinquus,
 Quæ tuis supplex humiles benignis
 Projicit versus pedibus, priorem
 Te colit omni.*

Axioma I.

Speſtabilis ac Magnifici Domini Domini &c.

STEPHANI ZICHI Præſidis

Quos amor verus tenuit, tenebit.

SCILICET:

*Rebus in ad-versis Dominosiesſt quando fidelis
 Servus, hic & quo-vis tempore fidus erit.
 Tuq; procelloſo ſpacio hunc conſtanter amâſti;
 Huic quoque placato littore, charus eris.*

Chronographicon.

*SaLVV's Regi, Patriæ Plithon's teMpora Degat
 StephanV's ZICHl.*

Præfatiuncula.

*Vosque prudentes reliquæ columnæ
 XENIUM nostrum capiatis omnes
 Auribus salvis, animo sereno
 Vol-vite crebrò.*

Axio-

Axioma II.

Generosi ac Illustris Domini Domini

MATTHIÆ SENKVICHI, Con.

In Senibus est Sapiencia, & in multo tempore Prudentia.

SCILICET:

*SI quis eges dubius documentis, consule canos,
Confilia, experti dant tibi firma senes.*

Chronographicon.

Intret faVste noVI annl aLpha æDes
Matthlæ SenkVICHl.

Axioma III.

Generosi ac Illustris Domini Domini

MICHAELIS PARTINGER, C.

Omnia Naturæ opera concordia & Amicitia conservantur.

SCILICET,

*SEmper erat gratus, concors & amabilis esse,
Qui studet, & multis gratus es inde viris*

Chronographicon.

Tibl VoVeo Nestoreos Vt attingas Dles
MlChaël Partlnger.

Axioma IV.

Generosi ac Illustris Domini Domini

GEORGII HORVATTH, Con.

Uno avulso, non deficit alter.

SCILI-

SCILICET:

*SI quid consultum rapuerunt fata Virorum
Regno; te Diis illis substituere parem.*

Chronographicon.

Do Libens annl fatl aV splCIVM
Georglo HorVatth.

Axioma V.

Generosi ac Illustris Domini Domini

GEORGII GILANI, Consil.

Quod fuit durum pati, meminisse dulce est.

SCILICET:

*QUæcumq; æquo animo tolerasti dura, serenâ
Mente potes tutus nunc memorare eadem.*

Chronographicon.

SeCVnDa noVI annl oMlna Vergant
Georglo GILanl

Axioma VI.

Generosi Domini

Francisci Bornamissa, Perceptoris.

Conveniunt rebus nomina sæpe suis.

SCILICET:

*QUod multum non delectaris Amore Lyæi;
Hinc abstemius es, nomine regis simul.*

Axioma

Axioma VII.
Generosi Domini

Thomæ Angrani, Rationum
Magistri

Nulla vis major, Pietate verâ, est.

SCILICET:

Objectâ, ad scopulos, (crebrâ Pietate) malorum
Cunctorum; faustè desuperantur ii.

Axioma VIII.
Generosi Domini

Martini Gergei, Secretarii

Altè virtus animosa cadit.

SCILICET:

Sic tua te Virtus, Probitasque leuavit in altum:
Ut sint jam Camera pansa secreta tibi.

Chronographicon Universale.

Deniqve etiam Vobis feliciter eat iste annVs.

M. DC. LXXI.

Toti Regiæ Inclytæ Cameræ Posoniensi postremum appensum est Axioma

Arcus post jacula, virtus post opera laxari solet.

SCILI-


SCILICET:

Lassatus Veteris quicunque laboribus anni
Es, gaude meritâ pace quiete Novi.

Novus Annus in Chronosticis mixtus.

Vt reMICans tenebris DoMINatVr ApoLLO fVgatIs,
Ipsa æqVe seqVItVr noCte abeVnte Dies:
SIC anno VeterI CrepItO, LapsOqVe sepVlto
IaM MVnDo nobIs eDItVr Iste noVVs.

M. DC. LXXI.



POSONII, imprimebat Gottfriedus Gründer.

